Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31292
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

quod fractum erat

Ipse etiam est Qui multitudinem stellarum certo numero posuit et omnia earum nomina novit

Aliud plura Magnus dnus nr et magna virtus eius et sapie eius non e numerus quia infinita et incomprehensibilis est

Ipse etiam est Qui sapiens in gloria mansuetos huilians autem pctores superbos gtiarios mansuetis usq ad terram mansuetudo enim ad celum vocat superbia in terram detrahit angeli superbi in tras corruerunt homines huiles ad celum vadunt

Aliqua dns mansuetos in gloria suscipit Preconite dno in confessione laudis psallite deo nro voce et bonorum opum consonancia

Et meorum ipsa opa p que ptas dei ondit dicit Ipse est qui operit celum nubibus adhoc q paret terre pluviam ut fecundet ad terre nascentium productionem

Qui producit in montibus fenum et herbam servituti hominum

Qui dat iumentis escam ipsorum et pullis corvorum clamantibus quia a parentibus antequam interficiat nihil nutrimenti recipiunt tribuit unde alantur sq de rore celi

Mansuetos autem diligit sed Non equitatibus confidentibus de sua fortitudine magis quam de deo non erit beniplacitum ei nec in peditibus qfidentibus de robore suo magis quam de deo e beniplacitum ei qm hui modi homines superbi et fatui audaces sunt quos deus odio habet

Beniplacitum e dno sup timentes eum qs p timorem pcm expellit quod deo displicet et in eis qui sperant sup mia eius qs timor no valet sine spe veme